



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De apibus, quae basilicam corpori Dominico fabricaueru[n]t, cap. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

**M**ulier quædam cùm apes multas nutriri<sup>t</sup>, & illæ non proficerent, imò passim morerentur, cùm contra hoc remedium circumquaque quæreret, dictum est ei, quia si corpus Domini inter illas locaret, mox lues ipsa cessaret: quæ ecclesiam adiens, & se communicare velle simulans, corpus Domini sump<sup>s</sup>it, quod statim à sacerdote recedens extraxit, & in vno ex aliueolis illud locauit: Mira Dei potentia: vermiculi creatorē agnoscentes, de fauis suis dulcissimis hospiti dulcissimo capellulam mira struēturæ fecerunt, in qua altare eiusdem materiæ erigentes, sacratissimum corpus super illud posuerunt: & benedixit Dominus operibus eorū. Processu temporis, cùm femina idem vasculum aperiuisset, & iam dictum oratorium cōsiderasset, expauit, currēnsque ad sacerdotem, confessa est ei omnia, & quæ egit, & quæ vidit. Tunc ille assumptis parœcianis suis, ad vasculum venerunt, apes circumuolantes & in laudem creatoris bombisantes abegerunt, capellulæ parietes, fenestras, tectum, campanile, ostium, & altare admirantes, corpus Domini cum laude & gloria retulerunt. Licet autem mirabilis sit Deus in Sanctis suis, mirabilior tamē in his minimis prædicatur. Ne ergo aliquis de cætero tale quid præsumat, referam tibi rem terribilem, quā mihi anno præterito magistra de insula sancti Nicolai recitauit.

Psal. 6.

## CAPVT IX.

**F**uit in eadem insula puella quædam obsessa, laica tamen, quam & ego ibidem vidi. Requisitus dia<sup>Sacra</sup>  
bolus à quodam sacerdote, cur tanto tēpore tam cru<sup>Eucha-</sup>  
deliter Hardifa de Cogeme torqueretur, per os pueril<sup>ristica ab</sup>  
respondit: Quia bene & optimè meruit, ipsa altissimū<sup>utens pse</sup>  
super olera sua seminauit: qui cùm verbum minus in<sup>nitur.</sup>  
telligeret, nec ille exponere vellet, sacerdos feminam  
adiuit, quid de ea diabolus dixerit exposuit, monens ne  
negaret, si intelligerer. Quæ statim culam confessa  
est, dicēs: Verbum bene intelligo, quod nunquam ta-  
men homini per me publicatum est: Quando iuu-  
cula

Mm 5